

Read and write out a translation on the lines provided on the pages following the text and vocabulary.

[13] Ita ūnō tempore quattuor locīs pugnābatur: in Italiā contrā Hannibalem, in Hispāniīs contrā fratrem eius Hasdrubalem, in Macedoniā contrā Philippum, in Sardiniā contrā Sardōs et alterum Hasdrubalem Carthaginiensem. Is ā T. Manliō proconsule, quī ad Sardiniam missus fuerat, vīvus est captus, occīsa cum eō duodecim milia, captī mille quingentī, et ā Rōmānīs Sardinia subacta. Manlius vīctor captivōs et Hasdrubalem Romam reportāvit. Intereā etiam Philippus ā Laevinō in Macedoniā vincitur et in Hispāniā ab Scīpiōnibus Hasdrubal et Māgō, tertius frāter Hannibalīs.

Section 13

occido, occidere, occidi, occisum - to kill, cut down

pugno (1) to fight

subigo, subigere, subegi, subactus - to subject, to subdue, to conquer

frater, fratris (m) - brother

duodecim - twelve

quingenti - 500

quattuor - four

vivus, a, um - alive, living

Intereā - meanwhile

Latin III 2015-6

Eutropius, Punic Wars, Sections 13 & 14

Rabbit _____

[14] Decimō annō postquam Hannibal in Italiam vēnerat, P. Sulpicio Cn. Fulvio consulibus, Hannibal usque ad quartum miliarium urbis accessit, equites eius usque ad portam. Mox consulum cum exercitū venientium metū Hannibal ad Campaniam se recepit. In Hispaniā ā fratre eius Hasdrubale ambo Scipiōnēs, quī per multōs annōs victorēs fuerant, interficiuntur, exercitus tamen integer mansit; cāsū enim magis erant quam virtute decepti. Quō tempore etiam ā consule Marcellō Siciliae magna pars capta est, quam tenēre Āfrī cooperant, et nobilissimā urbē Syracusanā praeda ingens Romam perlata est. Laevinus in Macedoniā cum Philippō et multīs Graeciae populīs et rege Asiae Attalō amicitiam fecit, et ad Siciliam profectus Hannonem quendam, Afrōrum ducem, apud Agrigentum civitatem cum ipsō oppidō cepit eumque Romam cum captivīs nobilibus mīsit. XL civitātēs in deditio[n]em accepit, XXVI expugnāvit. Ita omnī Siciliā receptā et Macedoniā fractā; ingentī gloriā Romam regressus est. Hannibal in Italiā Cn. Fulvium consulem subitō adgressus cum octo milibus hominum interfecit.

Vocabulary for Section 14

Āfri, -ōrum (f) Carthaginians	consul, consulis (m) consul
Hanno, Hannonis (m) Hanno	exercitus, -ūs (m) army
Gaius Fulvius	
Syracusanus, a, um - of Syracuse (Greek city on Sicily)	eques, equitis (m) men on horse, knights
Agrigentum - city in Southern Sicily	deditio, deditio[n]is (f) surrender
adgredior, adgredī, adgressus sum - to advance; to attack	metus, metūs (m) fear
accedo, accedere, accessi, accessum - to advance, approach	miliarium, -ii (n) mile marker
coepī, coepisse, coepitus - to begin (defective verb)	oppidum, -i (n) town
decipio, decipere, decepi, deceptus - capture, ensnare	porta, -ae (f) gate
frango, frangere, fregī, fractus - to break	praeda, -ae (f)
interficio, interficere, interfeci, interfectus - to kill	virtus, virtūtis (f) courage, valour
maneo, manēre, mansī, mansus - to remain	
proficiscor, proficisci, profectus sum - to set out, depart	ingens, ingentis (adj.) huge
regredior, regredī, regressus sum - to return	integer, integra, integrum - intacted, unhurt,
teneō, tenēre, tenuī, tentus - to hold, possesses	uninjured
veniō, venītre, vēnī, ventūrus - to come	quidam, quaedam, quoddam (indefinite adj.) a certain, some
amicitia, -ae (f) friendship, alliance	postquam (subordinating conj.) after
casus, -ūs (m) change, misfortune	usque (adv.) all the way, continuously

Notes for Section 14

Line 2

ad quartum miliarium - to the _____ mile marker from the city

Parsing words for sections 13 and 14

[13] Ita unō tempore quattuor locīs **pugnābatur**: in Italīa contrā Hannibalem, in Hispāniīs contrā fratrem eius Hasdrubalem, in Macedoniā contrā Philippum, in Sardiniā contrā Sardōs et alterum Hasdrubalem Carthaginensem. Is ā T. Manliō proconsule, qui ad Sardiniam missus fuerat, vivus est captus, occīsa cum eō duodecim milia, captī mille quingentī, et ā Rōmānīs Sardinia subacta. Manlius victor captivōs et Hasdrubalem Romam reportāvit. Intereā etiam Philippus ā Laevinō in Macedoniā vincitur et in Hispāniā ab Scipiōnibus Hasdrubal et Māgō, tertius frāter Hannibalis.

[14] Decimō annō postquam Hannibal in Italiam vēnerat, P. Sulpicio Cn. Fulvio consulibus, Hannibal usque ad quartum miliarium urbis accessit, equites **eius** usque ad portam. Mox consulum cum exercitū **venientium** metū Hannibal ad Campaniam se recepit. In Hispaniā ā fratre eius Hasdrubale ambo Scīpiōnēs, quī per multōs annōs victorēs fuerant, interficiuntur, exercitus tamen integer mansit; cāsū enim magis erant quam virtute **decepti**. Quō tempore etiam ā consule Marcellō Siciliae magna pars capta est, quam tenēre Āfrī cooperant, et nobilissimā urbē Syracusanā praeda ingens Romam perlata est. Laevinus in Macedoniā cum Philippō et multīs Graeciae populīs et rege Asiae Attalō amicitiam fecit, et ad Siciliam **profectus** Hannonem quendam, Āfrōrum ducem, apud Agrigentum civitatem cum ipsō oppidō cepit eumque Romam cum captivīs nobilibus mīsit. XL civitātēs in deditiōnē accepit, XXVI expugnāvit. Ita omnī Siciliā receptā et Macedoniā fractā; ingentī gloriā Romam regressus est. Hannibal in Italiā Cn. Fulvium consulem subitō adgressus cum octo milibus hominum interfecit.